

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Coniugium n
cum fontibus proximo et primo

Adde quod nulla est uxoris electio,
sed qualis aduenerit talis sit habenda.
Si iracunda, si fatua, si deformis, si superba, si fetida,
quodcumque uicii est post nuptias discimus.
Equus, asinus, bos, canis, et uilissima mancipia

prius probantur et sic emuntur;
sola uxor non ostenditur ne ante displiceat quam ducatur.

Hugo ibidem (in libello ad socium uolentem nubere).

Adde quod nulla est uxoris electio,
sed qualis advenerit talis sit habenda,
si iracunda, si fatua, si deformis, si superba, si fetida,
quodcumque vitii est, post nuptias discimus.
Equus, asinus, bos, canis, et vilissima quaeque mancipia,
vestes et lebetes, sedile ligneum,
calix et urceolus fictilis
probantur prius, et sic emuntur:
sola uxor non ostenditur, ne ante displiceat, quam ducatur.

Hugo de Folieto, *De nuptiis*, 1.1 (PL 176, col.1203B-C).

Adde, quod nulla est uxoris electio,
sed qualiscumque obvenerit, habenda.
Si iracunda, si fatua, si deformis, si superba, si fetida,
quodcumque vitii est, post nuptias discimus.
Equus, asinus, bos, canis, et vilissima mancipia,
vestes quoque, et lebetes, sedile ligneum,
calix, et urceolus fictilis
probantur prius, et sic emuntur:
sola uxor non ostenditur, ne ante displiceat, quam ducatur.

Hieronymus Stridonensis, *Adversus Jovinianum*, 1.47
(PL 23, col.277A).